

der Mitte des 16. Jhs. auf einem Papierblatt in der Stadtbibliothek TRIER veröffentlichte unlängst R. Laufner, Eine Kurzbiographie des Nikolaus von Kues um 1550, in: *MFCG* 15 (1982) 81–85.

Da Marx die heute nicht mehr auffindbare Kopie in KUES, *Hosp.-Archiv* 171, an erster Stelle nennt, sind Textabweichungen seines Druckes im Apparat berücksichtigt.

Vir Cryfftz Iohan nomine, qui fuit nauta, ex Catharina Hermanni Roemers¹⁾, quae decessit anno domini 1427²⁾), genuit in Cusa dioecesis Treuirensis dominum Nicolaum de Cusa. Qui parum post 22. annum aetatis doctor studii Paduani³⁾ anno 37. aetatis suae missus fuit per papam Eugenium quartum ad Constantinopolim⁴⁾ et adduxit imperatorem Graecorum 5 et patriarcham cum 28 archiepiscopis ecclesiae orientalis⁵⁾, qui in concilio Florentino sanctae Romanae ecclesiae fidem acceptarunt. Et hic Nicolaus defendit Eugenium, qui per conciliarem congregationem inique fuit Basileae depositus Amadeo antipapa duce Subaudiae in papatum intruso, qui Felicem quintum se nominavit. Hic dominus Nicolaus fuit per papam Eugenium in cardinalem assumptus secrete⁶⁾ et statim mortuo Eugenio ante eius publicationem fuit iterum per Nicolaum papam quintum in presbyterum cardinalem tituli sancti Petri ad vincula assumptus et publicatus anno domini 1449 in proxima angaria post diem cinerum⁷⁾, quo anno Amadeus antipapa cessit nomini papatus.⁸⁾

Et ut sciant cuncti sanctam Romanam ecclesiam non respicere ad locum vel genus nativitatis, sed esse largissimam remuneratricem virtutum, hinc hanc historiam in dei laudem iussit scribi ipse cardinalis anno 1449 die 21. octobris eo tunc in Cusa existente ad valedicendum decrepito patri suo et fratri suo Iohanni sacerdoti et Clarae sorori suae uxori Pauli de Brysig scabini et sculteti Treuirensis, iter de proximo arrepturus ad apostolicam sedem, apud quam constitui proposuit in principio anni sequentis scilicet iubilaei. Et ad hoc per praecepta apostolica necessitabatur, licet diu cardinalatum acceptare recusasset.⁹⁾

1) Cryfftz: Cryftz Marx 2) dioecesis Treuirensis: Treuirensis dioecesis *K₁K₃* 3) annum 22. *K₁*
5–6 sanctae fehlt *K₁* 6–7 conciliarem: consiliarem Marx 8) nominavit: nominaverit Uebinger (mit Fußnote), doch findet sich diese Lesung in den vorhandenen Hss. nicht fuit fehlt Marx 11 1449 verbessert zu
1448 *K₁* 14 hinc — laudem: hinc in laudem dei hanc historiam Marx 15 anno: anno domini *K₃*
17 Brysig: Brysigh *K₁K₃*.

1) S.o. Nr. 2.

2) S.o. Nr. 57.

3) S.o. Nr. 18.

4) S.o. Nr. 299 und 312.

5) Zu dieser Zahl s.o. Nr. 520 Z. 413 mit Anm. 163.

6) S.o. Nr. 727.

7) Dazu s.o. Nr. 815.

8) 1449 IV 7.

9) S.o. Nr. 803 Z. 5.

⟨nach 1449 Oktober 21.⟩

Nr. 850

Tod des Vaters des NvK.

Nr. 849 bildet den letzten Beleg für den dort (Z. 16) als decrepitus Bezeichneten.